

RELIGIOSUS CATHOLICUS




**ALPHABETUM  
RELIGIOSORUM**



CRACOVIAE 2023

[www.ultramontes.pl](http://www.ultramontes.pl)



# Alphabetum Religiosorum

RELIGIOSUS CATHOLICUS

---

Alphabetum istud scribe, o Religiose, in corde tuo quasi in libro vitae et per singulos dies chartulam tuam inspice, bonos mores assuesce, pauca sunt verba, sed multa mysteria. A contemptu sui incipit vita boni Religiosi et pervenit usque ad fruitionem et contemplationem Dei.

Audi ergo o homo Dei.

**A.** – Ama nesciri et pro nihilo reputari: hoc tibi utilius et salubrius erit quam laudari et exaltari ab hominibus.

**B.** – Benivolus esto bonis et malis et plenus charitate ad proximos, et nullis onerosus.

**C.** – Custodi cor tuum ab evagatione et crucem Christi libenter amplectere toto tempore vitae tuae hilariter portandam.

- D.** – Dilige silentium et solitudinem, quia silentium est pater orationis, solitudo est mater.
- E.** – Elige paupertatem et simplicitatem christianam, et paucis minimisque contentum eris.
- F.** – Fuge homines et saeculi rumores, quia non potes esse satis Deo et hominibus.
- G.** – Gratias age semper Deo et Beatissimae Virgini corde et ore qualitercumque res prospere tibi vel adverse succedant.
- H.** – Humilia te in omnibus in veritate et diabolus fugiet a te propter virtutem humilitatis valde sibi contrariam.
- I.** – In omnibus operibus tuis memorare inevitabilis mortis tuae, quia in paradiſo vel in inferno erit sempiterna habitatio tua.
- K.** – Karissime reputa amicos qui te verbis et opere persequuntur, si vis Iesu Christo Magistro tuo assimilari.
- L.** – Labore, nuditate et votorum observatione acquiritur regnum Dei; divitiis et voluptatibus carnis preditur paradisus.
- M.** – Magnum donum Dei est corporis mentisque castitas; si habes tene, si non, postula a Deo cum lacrimis et impetrabis.
- N.** – Neminem spernas, nulli noceas, nunquam voluntarie quantumcumque minimum mendacium dicas.
- O.** – Obedientiam superioris in gravibus preceptis usque ad mortem prompte exequere; exemplo eius qui pro te crucifixus est.
- P.** – Primo aspectu non agas contra remorsum conscientiae tuae; et in dubiis ad Sacram Scripturam et ad consilium tui praelati recurre.
- Q.** – Quae ad te non pertinent de his non iudices neque te intromittas, et eris cum omnibus pacificus.
- R.** – Revertere saepe ad interiora cordis tui et quotidie memento reddere Altissimo vota tua.
- S.** – Sobrius esto semper in cibo et potu, in vestitu et dormitione et constans in adversis.

**T.** – Time Deum offendere in minimis negligentias tuis, quia dum negligimus corrigere minima, labimur in maiora.

**V.** – Vende Deo omnia commoda tua et dabit tibi solatia maiora quam mundus, quae nemo novit nisi expertus.

**X.** – Xchristus sit vita tua, mors tua, meditatio tua, si aliud quaeris frustra laboras.

**Y.** – Ymnos et psalmos sapienter canere Religiosorum est; servire carni est pessimorum mors aeterna.

**Z.** – Zachaee, frater mi, festinans descende de altitudine mundanae sapientiae; et veni obsecro et disce in schola Dei et Beatae Virginis viam humilitatis et ardentissimae charitatis per quam possis ad sempiternae beatitudinis gloriam felicissime pervenire. Amen.



G. M. Besutti OSM, *Pietà e dottrina mariana nell'Ordine dei Servi di Maria nei Secoli XV e XVI*. Edizioni "Marianum", Roma 1984, p. 27. (1)

### Notae:

- (1) Cf. 1) Thomas a Kempis, a) *De imitatione Christi. Considerationes ad cuiusque libri singula capita.* b) *De imitatione Mariae.* c) *De imitatione Christi (O naśladowaniu Jezusa Chrystusa).* d) *Alphabetum monachi.*
  - 2) S. Vincentius Ferrerius OP, *Tractatus de vita spirituali.*
  - 3) Sac. Claudius Arvisenet, *Sapientia Christiana.*
  - 4) S. Bonaventura Episcopus, Doctor Ecclesiae, a) *Meditationes Vitae Christi.* b) *Żywot Pana naszego Jezusa Chrystusa w pobożnych rozmyślaniach zawarty.* c) *Declaratio Terminorum theologicorum.* d) *Breviloquium.* e) *Collatio de contemptu saeculi.*
  - 5) P. Nicolaus Avancinus SI, *Vita et doctrina Jesu Christi ex quatuor Evangelistis collecta et in meditationum materiam ad singulos totius anni dies distributa.*
  - 6) P. Nicolaus Lancicius SI, a) *Opusculum spirituale. De piis erga Deum et coelites affectibus.* b) *De praxi Divinae praesentiae et orationum iaculatoriarum ac variis orandi Deumque pie colendi modis.*
  - 7) P. J. Petitdidier SI, *Exercitia spiritualia juxta normam sancti Ignatii Loyole.*
  - 8) S. Alphonsus Maria de Ligorio, Episcopus et Ecclesiae Doctor, *De magno orationis medio ad aeternam salutem et quamlibet a Deo gratiam consequendam.*
  - 9) P. Guilielmus Nakateni SI, *Coeleste Palmetum. Lectissimis pietatis exercitiis ornatum.*
  - 10) P. Ludovicus Blosius OSB, *Manuale vitae spiritualis continens opera spiritualia selecta.*
  - 11) Joannes Card. Bona OCist., a) *Manuductio ad coelum, continens medullam Sanctorum Patrum, et veterum philosophorum.* b) *Opuscula ascetica selecta.*
  - 12) Dionysius Carthusianus, Doctor Ecstaticus, *Commentaria in Psalms omnes Davidicos. Expositio psalmi quinquagesimi: Miserere mei, Deus, secundum, etc.*
  - 13) P. Vitus a Bussum OFMCap., *De spiritualitate franciscana. Aliqua capita fundamentalia.*
  - 14) P. Franciscus Naval CMF, *Theologiae asceticae et mysticae cursus.*
  - 15) P. Michael Godinez SI, *Praxis Theologiae mysticae.*
- (Notae ab ed. **Ultra montes**).



( [HTM](#) )